

rum emi]nentissimus, victor $\infty CCCCLXII^{52}$, \bar{L} *vicit XXVIII. — Nobilissimo titulo Diocles nitet, cum Fortunatus factionis prasinae, in victore Tusco victor CCCLXXXVI, \bar{L} vicit IX, Diocles | (21) [in Pompeiano victore⁵³ victo]r CLII, \bar{L} vicit X, \bar{LX} I. Novis coactionibus⁵⁴ et numquam ante titulis scriptis Diocles eminent, quod una die seiuges ad HS XL missus bis, utrasque victor eminuit adque amplius | (22) suisque, septem equis in se iunctis, numquam ante hoc numero equorum spectato⁵⁵, certamine ad HS \bar{L} in Abigeio victor eminuit et sine flagello⁵⁶ alis certaminibus ad HS XXX | (23) [vicit] um visus esset his novitatibus, dupli ornatus est gloria. — Inter miliarios agitatores primum locum obtinere videtur Pontius Epaphroditus factionis venetae, | (24) [qui temporibus imp. nostri Anto]nini Aug. Pii solus victor $\infty CCCCLXVII$, singularum vicit DCCCCXI, ad⁵⁷ Diocles praecedens eum, victor $\infty CCCCLXII$, inter singulares⁵⁸ vicit $\infty LXIII$. Isdem temporibus | (25) [Pontius Epaphroditus eripuit] et vicit CCCCLXVII: Diocles eripuit et vicit DH⁵⁹. Diocles agitator quo anno vicit CXXVII, Abigeio Lucido Pompeiano introiugis tribus victor CIII, inter | (26) [Inter emi]nentes agitatores introiugis Afris plurimum vicerunt: Pontius Epaphroditus factionis venetae, in Bubalo vicit CXXXIII; Pompeius Musclosus factionis prasinae, | (27) [in vicit] CXV: Diocles superatis eis, in Pompeiano victor CLII, singularum vicit CXXXXIII. Ampliatis titulis suis, Cotyno Galata Abigeio Lucido Pompeiano introiugis quinque | victor CCCCCXXXV, singularum vicit CCCLXXXVII.*

Romae, ex Vaticano adducta in campum Martium (VI 10048 viderunt Smetius aliique). De hoc titulo disseruit Friedländer Sitteng. Roms II ed. 3 p. 460 (ed. 6 p. 505 seq.) — 1) Eiusdem C. Appuleii Dioclis imaginem Fortunae Primigeniae dedicaverunt filii eius (XIV 2884). — 2) In t. Praenestino (cf. not. 4) dicitur agitator primus fact. russat. — 3) A. 122. — 4) A. 124. — 5) A. 128. — 6) Anno Smetius solus, errore. — 7) A. 151. — 8) Quater milies ducenties quinquagies septies ostio missus est (cf. N. 5285 not. 7), id est certamini interfuit. — 9) Numerus victoriarum Dioclis, cf. infra not. 24, 58 et v. 20 (not. 52). 24. — 10) Cf. Friedländer Sitteng. II⁵ p. 457 (II ed. 6 p. 502). Momms. eph. 4 p. 250. — 11) De singularum notione vide N. 5285 not. 8. — 12) Numerus redit infra v. 24. — 13) Scilicet $52+28+29+5=92$. Cf. not. 14—17. — 14) Intellege praemia tricenum, 15) quadragenum, 16) quinquagenum, 17) sexagenum milium sestertium. Praemia haec tricenaria quadragenaria quinquagenaria sexagenaria connumerata efficiunt praemia maiora 92. — 18) Cf. N. 5285 fin. — 19) Sic vel septemiugis supplendum. — 20) Cf. N. 5283. — 21) Cf. not. 24. — 22) De trigarum certaminibus cf. Friedländer apud Marquardt Staatsv. III² p. 524. — 23) Ad sestertium quindecim milia. Nota praemium exiguum. — 24) 'Ternarum' hae victoriae 51, additae 'binarum' victoriis quae praecedunt 547 et 'singularum' 1064, efficiunt victorias 1462 supra (et infra, cf. not. 52) memoratas. — 25) Ad honorem venit miliarium, scilicet factus victor milie victoriarum (sic intellegit Momms.). Henzen significari putat quotiens Diocles vel vicerit vel secundas vel tertias vel quartas tulerit (similiter enim 'ad honorem venire' usurpatur supra N. 5284), supplendum igitur ∞ [DCCCC]. Cf. Friedländer l. c. p. 463. — 26) Cf. Friedländer l. c. p. 463 not. — 27) Diocles cum frustra exierit 1531, quartas tu-

DESSAU, Inscriptiones Latinae II.